

ANGELO CHEMIN

Siti ezzeliniani.

Area del Canale di Brenta, n.22.

Chiesa e *Domus* di Santo Spirito di Oliero.

Individuazione del castello o sito		Localizzazione	
		Chiesa parrocchiale di Santo Spirito di Oliero.	
Periodo documentato	Localizzazione certa?		Appartenenza
1221	SI NO		Ezzelino II il Monaco, fino alla sua morte. Cappella del Monastero di Santa Croce di Campese fino al 1783. Parrocchia di Santo Spirito di Oliero dal 1783.
Descrizione			
<p>Fondata intorno al 1221 da Ezzelino II il Monaco, fu ricostruita nelle forme attuali alla fine del sec. XVIII e presenta una delle architetture più interessanti del Canale di Brenta. Della chiesa antica resta un tabernacolo a muro (sec. XIII?). All'interno si trovano pregevoli pale d'altare della scuola dei Dal Ponte.</p> <p>All'esterno sulla lunetta sopra la porta Sud si trova un affresco di ottima mano rappresentante il <u>Cristo morto</u> sorretto da due angeli con sopra lo Spirito Santo in forma di colomba (sec. XVI, Francesco dal Ponte il Vecchio?). Sopra questo affresco si conservava, fino all'alluvione del novembre 1966, un grande crocifisso ligneo. Sulla parete dell'abside prospiciente il fiume si trovano murate due lapidi che segnano i livelli raggiunti dalla Brenta nel 1748 e nel 1882.</p> <p>La chiesa con una <i>domus</i> fu fondata da Ezzelino II il Monaco e donata al Monastero di Santa Croce di Campese il 22 novembre 1221. Nella <i>domus</i> dovevano risiedere almeno quattro monaci <i>litterati</i>. Il Monastero di Santa Croce di Campese si impegnò a dotare la chiesa di Santo Spirito di un piccolo territorio di sua pertinenza.</p> <p>Questa cappella del Monastero ebbe come pertinenza spirituale anche Campolongo e Valstagna. La dipendenza dal Monastero durò fino al 1783.</p> <p>Dove fosse situata con esattezza la <i>Domus</i> ezzeliniana non lo sappiamo. E' lecito presupporre che sia stata prossima alla chiesa, però la tradizione locale la pone altrove.</p> <p>A rendere ancora più complessa l'identificazione si aggiunge il toponimo reso in latino, nello strumento di donazione, come <i>pratum lethri</i>. Il toponimo dà rilievo alla "tomba" e la tradizione colloca a ridosso della "tomba", che in questo caso sta per tumulo o rialzo del terreno forse in parte naturale e in parte artificiale, la casa di Ezzelino, identificata con l'edificio posto a destra dell'edera con colonna che dà inizio al viale che porta alla chiesa di Santo Spirito. Cunicoli sotterranei sono stati ritrovati tra le case e il tumulo. Da una fotografia aerea si notano i resti di una "costruzione" a pianta rettangolare composta da due quadrati affiancati. Di questo supposto tumulo sepolcrale non abbiamo altri dati che quelli della tradizione e quelli sopra descritti.</p> <p>Non abbiamo ancora nessun riscontro archeologico che possa illuminarci sulla questione.</p> <p>Il nome <i>Bora</i> che troviamo nel toponimo è ancora presente come specificativo del cognome in alcune famiglie del Canale di Brenta, come a Campese. Il suo significato è incerto o si presta a due possibilità. La prima si rifà al nome comune <i>bora</i> con cui si indica un pezzo di tronco tagliato corto, quindi <i>i Bora</i> potrebbe stare per <i>taglialegna</i>; però <i>bora</i> potrebbe significare anche un pezzo di tronco atto a fungere da sostegno o colonna, allora in questo caso <i>bora</i> avrebbe come equivalente <i>colonna</i> e il cognomen avrebbe una funzione nobilitante che identifica una famiglia importante.</p> <p>Se non fosse per il toponimo "tomba dei Bora" si potrebbe semplicemente interpretare <i>letrum</i> come <i>letto</i> di fiume o di torrente come si trova nel documento citato dove nello specificare i confini della donazione si trova <i>ab alia letrum de Sivolono</i>, che è da interpretare come; "dall'altra parte il fondo del <torrente> Sivolono". Il toponimo quindi significherebbe "il prato presso il borro", e potrebbe essere semplicemente così.</p>			
Citazione documentale		Posizione archivistica	
Ibidem domnus <i>Izolinus</i> de Romano [...], confessus fuit quod Ecclesia S. Spiritus et domus quam fundavit in loco qui dicitur Pratum lethri, est fundata super patrimonio, et allodio monasterii de Camposyon,		Archivio Arcipretale di Campese, <i>Liber Instrumentorum EE</i> , carte di Oliero. Verci G.B. , <i>Storia degli Ecelini</i> , Venezia 1778. <i>Codice diplomatico eceliniano</i> , documento CI, pp. 196-198.	
Documentazione cartografica		Posizione	
Catasto Stabile Austriaco		Archivio di Stato di Bassano.	
Iconografia		Posizione	
Nessuna iconografia antica conosciuta. Foto anni '50		Archivio privato Chemin.	
Bibliografia			
1649 Barbarano F. , <i>Historia ecclesiastica della città, territorio e diocesi di Vicenza</i> , Vicenza 1649			
1778 Verci G.B. , <i>Storia degli Ecelini</i> , Venezia 1778.			
1884 Sartori F. , <i>Guida storica delle chiese parrocchiali ed oratorii della città e diocesi di Padova</i> , Padova 1884.			
1984 Signori F. , <i>Campese e il Monastero di S. Croce</i> , Cittadella 1984.			
Allegati			

Documento di donazione

1221. 22. novembre.

Ex autographo Tabularii Sancti Benedicti de Mantua.

Donatio facta per domnum Ecelinum de Romano Monasterio S. Crucis de Campesio de omnibus juribus et rationibus, quas habebat in Ecclesia S. Spiritus de Oliero, reservando sibi jus patronatus donec viveret.

In Christi nomine. Die martis VIII. exeunte Novembri ad Monasterium de Camposyon. In camera Prioris, presentibus Tiso Negrelli Fabris de Padua, Viviano de Corva de Camposyon, Gabriele de Leonico, Giselbertho filio domni Beloni de Guarstalla, Mattheo filio Ribaldi da Sancto Benedicto et aliis testibus. Ibidem domnus *Izolinus* de Romano coram domno Abbate Azzone Monasterii Sancti benedicti de supra Pado, et domno Henrico Priore Monasterii S. Crucis de Camposyon, confessus fuit quod Ecclesia S. Spiritus et domus quam fundavit in loco qui dicitur Pratum lethri, est fundata super patrimonio, et allodio monasterii de Camposyon, et Monasterii S. Benedicti de Padolarione: et quod ipse domnus Izolinus, et illi qui cum eo sunt in societate in ipsa domo et ecclesia, scilicet domnus Richardus Monasterii S. Benedicti Monacus, et domnus Lingua de Angarano, sunt ibi pro ipso domno Abbate, et Priore de Camposyon. Propterea ipse domnus Izolinus, dedit, donavit et obtulit predicto domno Abbati, et Priori recipientibus pro ipsis Monasteriis omne jus, et omnes rationes, quod et quas ipse habet, et habere possit vel videtur habere in ipsa Ecclesia et domo racione, retinendo in se jus patronatus, profitendo correctionem omnium personarum ibidem existentium pertinere ad Abbatem, et Priorem. Insuper dixit et gaurentavit quod nemini subjugavit dictam Ecclesiam, et locum, et promisit quod de cetero non subjugabit ipsam Ecclesiam et locum alicui ecclesiastice persone, vel seculari de jure, vel de facto. Ad hec predictus domnus Abbas, et Prior de Camposyon presentibus et consensientibus dopno Rogerio, dopno Petro, dopno Marsilio, dopno Mattheo, nec non et dopno Joanne confratribus Monasterii S. Benedicti, et Monasterii de Camposyon nomine, et vice ditorum Monasteriorum dederunt, et concesserunt predictae Ecclesie S. Spiritus omne jus, et rationes, quod et quas habent in una petia terre, et montis, sive pluribus, partim arative, et partim buschive, et partim prative que jacet infra hos confines, videlicet ab una parte nassa, ab alia letrum de Sivolono, et sicut volvitur petra usque in Brentam, retinendo in se locum qui dicitur Tornatum cum suis pertinentiis, et postorniam cum suis pertinentiis, et summitatem montis Artini a cingulis superius; et retinendo in se quod in Vallethrana possit capulare, et buscare, ac uti, et guizare communiter cum illis S. Spiritus. Et retinendo in se jus capulandi, et buscandi, et utendi in se et suis hominibus; eo salvo quod debeant se custodire a dapnis fraudosis, et a guizatis locis per Rectorem S. Spiritus. Et de hoc investiverunt dopnum Ricardum recipientem vice et nomine dicte Ecclesie S. Spiritus. Quibus ita peractis dictus dopnus Abbas, et Prior investiverunt ipsum domnum Izolinum de administratione dicte Ecclesie, et domus in temporalibus tantum in vita sua, in se retinendo spiritualia, habendo liberam potestatem recipiendi, et tenendi quamcumque societatem volueit in vita sua. Post decessum vero domni Izolini dicta Ecclesia et domus cum predictis possessionibus, et aliis ibidem adquisitis libere et quiete, ac absolute dictis Monasteriis S. Benedicti, et de Camposyon remaneant; tali quidem pacto et conditione, quod si dictus domnus Izolinus aliquem, vel aliquos ibi reciperet, et ipsi vellent ibi manere post obitum dicti domni Izolini in vita sua possint ibi manere faciendo obedientiam, et reverentiam dictis domno Abbati et Priori, secundum quod alii Monaci, Clerici, et Conversi qui habitant in suis obedientiis, faciunt, et ipsos recognoscant pro suis dominis et prelati. Et si ita facere se recusaverint, recedant de illo loco, et libere, et quiete ipsum locum dimittant cum omnibus suis possessionibus, omnibus mobilibus, et in mobilibus. Ita dictus domnus Abbas et Prior promiserunt pro dictis Monasteriis dicto domno Izolino tenere in dicta Ecclesia et loco quatuor litteratos, scilicet duos Monachos ad minus, et duos alios litteratos, de quibus debeant esse duos Sacerdotes ad minus. Et si contigerit quod de ipsis quatuor aliquis vel aliqui decesserint, vel decessissent, aut recesserint de loco illo, aut de dicta Ecclesia, dictus domnus Abbas et Prior teneantur ibidem instituere totidem in loco illorum absentium infra tres menses, et si non fecerint, heredes domni Izolini cum illis qui ibidem remanserint, debeant denunciare domno Abbati S. Benedicti et Priori de Camposyon, ut attendant secundum quod promissum est, et superius legitur. Et si hoc non fecerint infra tres alios menses post denuntiationem factam, isti predicti eligant sibi fratres in loco asentium de Congregatione Monasterii S. Benedicti, si habere potuerint, et si haberi non possint, eligant sibi fratres quoscumque voluerint; et si fratres illius loci nolient eligere fratres, heredes domni Izolini eligant fratres quoscumque voluerint in ipsa domo, ita tamen quod illi qui essent electi, faciant obedientiam, et reverentiam domno Abbati S. Benedicti, et Priori de Camposyon, et ipsos recognoscant pro suis dominis et prelati. Et si contigerit quod fratres ibi morari non possent occasione guerre, aut alicujus alii maleficii, non sit ad aliquod prejudicium dictis Monasteriis S. Benedicti, et S. Crucis de Camposyon. Item promisit dictus domnus Izolinus per se suosque heredes manutenere et defendere dictum locum et homines ibi habitantes ab omni persona ad honorem dei, et Monasterii S. Benedicti, et Monasterii S. Crucis de Camposyon pro suo posse. Unde plura instrumenta uno tenore fecit fieri.

Actum est hoc anno domini m illesimo CCXXI. Indictione nona.

Ego Petrus de Castellonovo Comitatus Brixienis notarius domni Ottonis Imperatoris hos affui, et rogatus plura instrumenta uno tenore scribere me subscripsi. [...]

Verci G.B., *Storia degli Ecelini*, Venezia 1778. *Codice diplomatico eceliniano*, documento CI, pp. 196-198.

Archivio Arcipretale di Campese, *Liber Instrumentorum EE*, carte di Oliero.